

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

P. 1-3 nebst Inventarium

**Gerson, Jean**

**[Straßburg], 1488**

De sollicitudine ecclesiasticorum

[urn:nbn:de:bsz:31-300764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300764)

In hoc casu ipsi tanq̄ tales iudiciali tuo cari.

Finit.

Opusculū eiusdeꝝ

de solitudine ecclesiasticorū. ad fr̄es celestinos/continēs. lxxvii. particulas:

¶ Veritur respōsio super dubijs sequentibus/ vnde crebro solitudines conscientiarū in ecclia/ sticis ⁊ religiosis oriunt̄.

¶ Primū dubiū ¶ Si liceat ecclesiasticis maxime religiosis/ dñi conferuntur eis tpa/ lia/ se ⁊ successores suos obligare ad certa ⁊ determinata suffragia in missis v̄ alijs officijs ecclesiasticis. sicut habet vsus cōmunis? Solutio p̄ticular. xiiij. que p̄supponit alibi tractata de symonia.

¶ Secundū dubiū ¶ Si liceat omittēre tales obligatōnes sine reatu pcti mor/ talis. p̄sertim quando vidētur grauior̄es q̄ oportet ex eventu vel aliunde? Solutio p̄ticular. xij. et a. xix. vsq̄. xxxij.

¶ Terriū dubiū ¶ Si melius eēt q̄ conferētes tpa/ lia statēt in sola generalitate p̄ suffragijs h̄id̄is. ⁊ si ad hoc ⁊ quō monēdi sunt? Solutio p̄ticular. xvij. et. xvij.

¶ Quartū dubiū ¶ Si in casu secūdi dubij necessaria sit ⁊ secūra dispensatō superioris prelati vel pape vel ordinarij? Solutio p̄ticular. xvij. vsq̄. xxxij.

¶ Quintū dubiū ¶ Si liceat ecclesiasticis bene ⁊ sufficienter fundatis recipere novas obligatōnes cum augmento seruitij? Solutio p̄ticular. xxxij.

¶ Sextū dubiū ¶ Si liceat sine augmento seruitij/ ita q̄ non plures dicantur missae vel obitus. ⁊c. q̄uis hoc intendat temporalij collatores? Solutio p̄ticular. clx.

¶ Septimū dubiū ¶ Si liceat admittēre super fratres iam fundatos/ alios qui habeant speciales cellas ⁊ obligatōnes ad suos istitores alias q̄ reliq̄ fratres? Solutio cum. viij. ix. x. et. xij. dubijs p̄ticular. xxxij. xxxv. xxxvi.

¶ Octauū dubiū ¶ Si liceat se obligare q̄ omnis fructus spiritualis in missis/ ⁊ alijs que obligatus dicit/ cedat in vtilitatem temporalia conferētis?

¶ Nonū dubiū ¶ Si tantū p̄sunt suffragia dū sūt pro plurib⁹ quātū si fierent p̄ vno vel paucis. ⁊ p̄sertim illi qui faciūt?

¶ Decimū dubiū ¶ Si debēs vñā missas possit alios adiūgere sine defraudatōe

illi⁹ qui missam pecijt aut instituit?

¶ Undecimū dubiū ¶ Si necesse sit sp̄ pro specialibus fundatorib⁹ oratōnes facere speciales. maxime dum hoc instituerint licet non specificando modū ⁊ quis modus tenebit? Solutio p̄ticular. xxxij. cum quinq̄ sequentibus.

¶ Duodecimū dubiū ¶ Si liceat pro loco solenniiori in sepulchris vel pro alijs pompis exequiarū/ pacisci verbo vel inētionē de maiori temporalij collatōe?

¶ Tredecimū dubiū ¶ Si discretē faciunt obligantes se ad suffragia p̄ alijs/ q̄i inde min⁹ valent vt videt̄ p̄ seip̄. ⁊ nō est p̄partio tpa/ lis ⁊ modi ad sp̄uale. Solutio hui⁹ ⁊. xiiij. p̄ticular. clv. cū trib⁹ sequentibus

¶ Decimū quartū dubiū ¶ Si caute faciunt religiosi/ qui leuiter admittūt ad p̄ticipatōē omnij b̄nficiorū per illos qui benefaciūt eis vel qui petunt?

¶ Decimū quintū dubiū ¶ Si obligatō ad oratōes vocales/ sit absolutus ab obligatōe/ dñi eas dicit sine attentōe vel deuotōne vel affectōe aut solitudine/ nā attentio est quedā solitudo. Solutio istius ⁊ sequentis p̄ticular. lv. vsq̄ ad finem.

¶ Decimū sextū dubiū ¶ Si sufficit generalis intentio qua vult ecclesiastic⁹ vel religiosus orare specialit̄ pro benefactorib⁹ q̄ pro alijs. super qua specialitate q̄ntificanda se refert ad deum/ qui p̄dicator est meritorum?

Prima particula

¶ **N**olite solitari esse. Math. vi. Luc. xij. Iubet hoc sup̄m abbas noster Ihs xps/ i cuius sp̄u salubrit̄ instituti damamus Abba pater. Consonat ap̄ls eius magn⁹ prior in religioe xpi ana dicēs Corinthijs/ in p̄sona oim solitarios sine solitudine esse. S; mor subintulit vtilē ⁊ necessariā de solitudine distinctōem. ne vel sibi ip̄i vel alijs cōsortib⁹ suis/ cōtrari⁹ videret̄. quorū sermo frequēter ad solitudinē p̄tra desidē inertā/ exhortat. Aut enī Qui sine vxore est/ solit⁹ est que dñi sunt. quō placeat deo. qui aut cum vxore est/ solit⁹ est que mūdi sunt.

Secūda parti.

¶ Ecce habem⁹ solitudinē ⁊ solitudinem. Una est dei/ altera mūdi. Una

spiritualis altera temporalis. Utraq; si qui dem bona. Alioquin culpata fuisset yro ratorū cum sua sollicitudine conditio. pri ma tamen melior atq; dinior: adeo vrya catō dici possit. et dicat tam hic q̄s ab apo stolo. i. Cor. vii. Uolos vos inq̄t sine so licitudine esse. Et alibi ad Phil. iij. Nihil solliciti sitis. Et p̄ psal. dñs Vacate inq̄s et videre quoniā ego sum deus.

## Tertia particula.

**F**elicis ista sollicitudo vacās. et vacā tio sollicita. q̄lem habere licet decz et expedit/ illos precipue qui celibes esse sine tribulanti iugo vxorū nedū elegerūt sed vouerunt. quales vos elegit et assum psit abbas noster xps. o patres et fratres celestini quos ad p̄ns alloq̄tur sollicitu do dilectōnis mee quā suis impulit que sticularū stimulis/ zelus vester religio sus sollicitus iuxta verbum p̄phetiā. Di chee. vi. Ambulare cum deo iuo.

## Quarta particula.

**S**ensit itaq; vester i dñō timor ci ius vis est fm̄ p̄m reddere timē rem sollicitū. Sensit inq̄s quēadmodum frustra fuisset assumptā sollicitudo vacās deo/ si quadā retrospectōe seu tergiversa tione corrueret in mūdi sollicitudinē. et iā nō tm̄ vana esset quasi finē nō assequens vacatōnis/ rex damnabilis iudicaret et reproba/ si in damnabilē reprobaq; soli citudinis peccatrici foueā preceps labē ret. q̄lem dissuadet maxime sermo p̄po situs. Nolite ait xps solliciti esse. etc.

## Quinta particula.

**Q**ueret forsitan nouitioz aliquis q̄ sit et qualis hec sollicitudo culpa bilis. Nam de tolerabili mūdanoz sariis insinuatū est. et de quadā altera ocio san cto conditiua videt ammonita sed nō cri minata fuisse illa marie sedētis ad pedes Jesu soroz. Martha martha inquit Jhs sollicita es et turbaris erga plurima. por ro vnum est necessariū. Atvero tota com monitionis xpi series/ cū exposito: ibi su is in illa prohibitōe sollicitudinis sicut Martheus et lucas referūt dat intelligi so licitudinē malā esse que nō est prudētis sagacis prouidētis neq; necessitatis. sed est vel diffidentie vel pfidie vel cupidita tis curiose et anxie de quib; non est modo per singula differendum.

## Sexta particula.

**E**niam igit̄ p̄ cōpendiū statū ad pie sollicitudis vestre in domīno questioēs. q̄ sollicitudinē reformi dant impiā. dum piam imo necessariā co gūtur amplecti. Vanet apud vos (o pa tres et fratres) pfundo corde firmata mo nitio aplīca. Hebr̄eorū. iij. Sint mores sine auaricia contenti presentib;. Nihilomin⁹ aspiciatis illa esse necessaria que p̄ce dit idem ap̄ls. i. Thi. vi. Habētes alimē ta et quib; tegamur his contēti sim⁹. Bū suades/ o magne p̄ior aplē. placet id qd̄ apponitis his contēti sim⁹. Attamē alimē ta et ea quib; tegamur/ oportet h̄re. Non autē hoc ip̄m totū/ vel labore nostro q̄ di uinis mācipamur officijs/ vel hostiatim mendicādo q̄ nequaq; discurrere p̄ vicos et plateas institui⁹/ obtinere fas nobis est. Deniq; nihil equi⁹ fm̄ omnē legez eē deducit ap̄ls. et Corin. ix. q̄s qui altario de seruit de altario et viuat.

## Particula septima.

**E**ve mundo a scandalis. ve scan dala spargētib; vbilib; demonijs In via hac qua ambulabā conq̄ ritur p̄beta absconderūt supbi laqueum mihi. Et rursus. Iuxta iter scan. po. mihi Electa est ecce sub triplici religionis vo to via paup̄tatis vt sollicitudo noxia di uitiaz/ cruentās et enecans vitaret. Electa via castitatis p̄petue. contra sollicitudinē alligantē vxori cū tribulatōe h̄mōi. Ele cta via derelictōis p̄oprie volūtatis per obedientiā/ contra sollicitudinē tot dubi tationū/ tot scrupuloz/ tot discriminū. qualia propria volūtatis sedū ducere vult se seducēs incurrit. Pudet heu pigētq; recordari/ quātis et qualib; apud nōnū los detrimētis/ omnia sunt in oppositas exorbitatōnes euersa subuersaq;. Iā heu nimis apparet veritas pabole xpi. q̄ mo do dū hec relegēt̄ electa est in ecclesia de immūdo spū. qui cū exierit ab hoīe. tādēz redit et adducit septem spūs nequiores se dum inuenit domū vacantē. nō quidē ve re sed sola simulatōe. sicut et solis extrinse ce p̄fessionis scobis fite mundata est.

## Particula octaua.

**S**t vtiq; neq; et immūdus spūs cupiditas. que radice oīm malo rū et idoloz seruit⁹ ab ap̄lo. et mā mona d̄z iniquitatis a xpo. Sed nōne neq; or est simlata paup̄tas que sub voti velo

latens/tota diuinitas inhiat. tota sollicitu-  
dinibus earum pungit. et intus et extra conti-  
nuis mirisq; modis lacerat. cruentatur.  
dissipat. Qui namq; poterit esse dubium so-  
lenter attendere: quin spiritus auaricie neq; iam  
secum adduxerit septem spiritus. i. vniuersitates  
vicioz neq; oves se. Simulata q̄ppe sicut  
ait Aug. ieq;tas duplex est iniquitas. nō se-  
cus hoc loco. dic q̄ ficta et vota paupertas  
nō est paupertas spiritus. nō paupertas virtus  
nō amica bonis moribus frugalitas s; du-  
plex iniquitas. q; et vere cupiditas est et si-  
mulatio. Nec hic sistit. Sed p̄grediens/  
istic vni fractionē fundatorū defraudatō-  
nē. primoz factis dicitis et exemplis scāda-  
lisanōem inuenies. Demū subit illud ve-  
xpi dicitur phariseis/pro talibus in religioe  
penit? lapsa versantibus. quales hic solos  
plangim? Circūitis mare et aridā. vt faci-  
atis vnu p̄selitū. i. nouitū in religione. et  
cū factus fuerit facitis eū filiū gehēne du-  
plo q̄ vos. Ecclesiast. v. qm̄ displicet deo/  
infidelis et stulta pmissio. et meli? est non  
vouere. q̄ post vota nō reddere.

### ¶ Particula. IX

Iste tandem anima siste calamū que  
indignatio tua rapit ultra longe  
q̄ inchoādo p̄posueras. Et q̄ do-  
ctrinā bonā datura es/distraberis satyra  
que nulla vnq; orōe. nulla declamatōnis  
acrimonia/satis erit reprobāda. Reuerta  
mur ad progressum finis intēti/resumen-  
tes illud vñ arripuit nos maloz recogita-  
torū (p̄sertim apud non paucos nostri  
tempis religiosos) angius dei timor. xp̄ia  
naq; pietas/et miseratio fraternalis. Illō  
erat apire/quo pacto/paupertas religiosa/  
vacaret absq; sollicitudine victus et vestit?  
Interveniūt fateor et vos interrogādo fa-  
temini/plures crebro panginiū conscia/  
rū scrupuli? nō sinētes timorosos fratres  
implere cū pace verbū xpi cū aplica moni-  
tōe. nolite solliciti esse. ¶ Particula. X

¶ Ant̄ at in genere tres in q̄sītōe  
victus et vestit? neq; stimuli. vn?  
symonie. ali? usure. alter fraudulē-  
tie. ¶ Sollicitas nimirum timorata mens:  
ne forte misceat se inter dante spalia p̄ spi-  
ritualibus recipiēdis et econtra labes symo-  
niace prauitatis. et hoc vtiq; frequēter (ve-  
re) puenit dū nō habet directō. dū lumē  
intentōis nostre que dicitur ocul? corpis oim

actionū nostraz/est tenebre. ¶ Sollicita-  
tur p̄terea/ne in redditibus compandis. qz  
nō semp inueniunt ad p̄petuū/reddat cō-  
tractus vsurari? ex adiecta conditōe seu  
pactōne de facultate toties quoties redi-  
mendi. ¶ Sup̄ hac vero duplici q̄stione  
sollicita scrupulosaq; p̄nt haberi quedā  
opuscula nostra/nup̄ edita. si tñ cum ma-  
gnis talium tractatoribus visa fuerint nume-  
randa.

¶ Particula vndecima  
¶ Upest ad p̄ns inuestigare et inue-  
tos tollere (q̄stū inuenit fator bo-  
ni semis xps) yzaniōz. fraudulē-  
toz aculeos. quos latebrosa nocte dū dor-  
miunt per negligentia boies. sup̄seminat  
inimicus homo sub obtentu conditōnis  
victus et vestitus. Doc etiā precipue via  
p̄ questūculas sollicitudo/ scire desiderat  
¶ Et quoniam defraudatō directe p̄traria-  
tur iusticie. tot modis inueniunt defrau-  
datōem quor iusticia fieri. oppositorū q̄-  
dē/eādē est disciplina. Dicit ar iusticia vir-  
tus ad alterz vel sicut ad alterz. reddēs vni  
cuiq; quod suū est. Porro iusticia ample  
sumpro vocabulo/cōpatur ad deū et ad p-  
ximū. imo et ad seipm̄ sicut ad alterz. pro-  
ut in penitētia fit. dū spūs carnē subiecte  
seruituti. Sic erit defraudatō. vna ad de-  
um. altera ad primū. tertia q̄i metaphori-  
ce dicitur ad seipm̄. Et primū de primū de  
fraudatōe (quia notior est) videamus. et  
cōclusiones deinceps miseramus.

### ¶ Particula. XII.

¶ Conclusio prima  
¶ Sollicitudo pia/conferētis spalia  
defraudat si sua intētio a recipiē-  
te nō seruet. hoc ei proprie sonat  
frans et dol? dū p̄tendit vnu et fit alterum  
Sic dicitur de testatore q̄ fraudat? est/ si sua  
differat aut nō impleat intētio. neq; tñ ac-  
cipiēda est de quis intentōe. Nō enī cadit  
sub obligatōnis recta lege neq; intētio. si  
saluti cōtraria. si moribus absōna. si in de-  
teriorē exitū/et/observatio sit vctura q̄lis  
esset intētio palā symoniace vel vsuraria/  
vel iuri p̄iudicās alieno. vñ deo sanctisq;  
suis/non honesta. ¶ Conclusio scōda.

¶ Particula decimatertia.  
¶ Sollicitudo pia conferētis spalia/  
dirigi d; ad sustentatiōem mistri  
illi spaliē faciendā/a q̄ spalia requiruntur  
Iste si qdē iustus p̄xi? et verus est titulus

fusciendi spūalia. Et hoc supponatur ad pñs tanq̄ deductū sufficiēter in materia de symonia dū de directōe cordis for/ ma daret. Atvero plerūq̄ sit/ vt mentiat iniquitas sibi. nūc p̄ ignorantia affectatā z ideo culpabilē. nūc p̄ negligentia que nō tanta sollicitudine querit agēdoz verita/ tem Expedi igit ad p̄ticulares descēdere casus. nō quidē ad oēs aut singlos. hoc ei nobis est impossibile. qm̄ varij sunt sine nūero. z ita varij q̄ vna circūstantia qñq̄ posita qñq̄ deficiēs/ iudiciū sapiētis va/ riare cōpellit z hoc cū admiratōe paz sa/ piētis. nec ad oīa circūspiciētis. Quēsiuit vnus anachoritzaz. a quodā patre. Pater de beo tentatōes admittere aut p̄tinē eas abijcere. Admitte inq̄t. Accessit alter cum eadē petitōe. Abijce inq̄t nec admittere. Nōne hūia videri p̄nt. admittere. non admittere. Sic apud sapientē puerbioz. xxxi. Ne re spondeas stulto iuxta stulticiā suā. Et ibi dem. Rñde stulto iuxta stulticiā suā. Sic in euangelio de monstrandis z nō mon/ strandis opibus bonis habes.

**¶ Particula. xiiij.**  
**Q**uia in re colligit/ vñ tam frequēs error/ in moralibz iudicijs venit. Sunt q̄ solis intendūt generalibz regul. vt sunt puerbia. z auctoritates scōrum. Sunt q̄ ad sola singularia dant se totos nullā ad p̄ia principia resolūtōez facien/ tes. qz vel nesciūt. vel negligūt. aut toti lit/ terales et sine spū/ cariales sunt. vel ecce/ car eos p̄ia malicia hec aut illa. Sūt aliq̄ circūspecti simulz prudētes. q̄ singularia caure colligūt. z sapiēter ad regulas resol/ uūt generales. colligētes pariter q̄ fuerit rō dare legis qñq̄ p̄ eleuatōem mētis ad reglas diuinas. qñq̄ ad hūanas. Primū fit p̄ virtutē quā vocat Arist. gnomiciā. Al/ tez p̄ epiciā. quā dicere possum⁹ bonam eq̄tate. Et qm̄ rarissimi sunt tales circum/ specti (requit enī cū eruditōe lōgus expiē/ tie vsus) nō expedit passim ab oibz q̄rere solidū p̄ moralibz cōsiliū. neq̄ silr p̄sume/ re illō dare q̄sq̄ d̄z. p̄serti n̄ habita cū suis circūstantijs oibz vera casus forma q̄ q̄rit

**¶ Particula. xv.**  
**C**erte frequēs istic ab inq̄rentibz solet iteruenire defect⁹. Et cū ius ex facto oriat/ qd̄ miz si in rñsiōe fit dece/ prio. Non quidē semp̄ ex rñdētis. sed ex inq̄rentis vicio. aut crebrius p̄pter fanta/

siam paz instructoz. q̄ se palogifant dēci/ piūt z sophisticāt. putātes casus aliq̄s eē/ siles q̄s exynica qñq̄ circūstantia addita vel remota vel nō attēta/ constat p̄sus eē/ dissiles vel aduersos. Exēpla tacta sunt. Et apud medicinā dandā p̄ hoc vitium dū vnus sibi visus arrogante perit⁹ i hac aut hac medicina dāda. applicabit vñā re/ ceptā ad morbos ex causis oppositis or/ tos. nō attendēs q̄ aliud quod sanat cal/ canēū. nō sanat sed excecāt oculum.

**¶ Particula. xvi.**

**Q**uādam narratōes sup hac re vulgares. nec referam⁹ q̄ iustā p̄/ inde rōem vel nō/ valeāt aduoca/ ri p̄ndere. dū casum oēm ad se delatum. iustificandū suscipiūt. Et veniam⁹ ad ali/ as cōclusiones cū suis modificatōibz. in/ uestigādo p̄cipue/ de intētiōe sustētātis ministz ecclie q̄ z q̄lis sit tenēda. z q̄ et q̄/ lis sit tenēda p̄ eū qui sustentat z recipit sine sit vnus siue sint plures/ secularz aut religiosus. Et sit conclusio. iij.

**¶ Particula. xvij.**

**S**ollicitudo pia cōferentis spalia/ si vult p̄t/ in sua generalitate sus/ fragia req̄rere. Et sub hac intētiōe sola stā/ do/ nō min⁹ merebit sepe ap̄d deū/ q̄ p̄ti/ culari⁹ erigēdo. Non h̄z p̄ia p̄s dubita/ tiōne. Scōda p̄s/ vñā spūalibz oculis q̄les sunt oculi colūbini sponsi et sponse in cārticis/ aspiceret. qm̄ ap̄d illos/ perspi/ cna esset. q̄ cognoscunt oīa bñfactorz oīm q̄ntūlibet occultoz premia reposita ap̄d deū/ p̄pter quē z in quo fiūt. Terū pau/ ci sunt spūales h̄mōi q̄ nō miscere curent grano purissimo caritatis illō seminādo quedā zizania vanitatis. Fiq̄z illō virgi/ lianū. Infelix lolū z steriles nascūt aue/ ne. Audi cōformitē illō euāgelicū q̄ siml/ etozte spine/ suffocauerūt semen verbi et fructū boni operis. Conclusio. iij.

**¶ Particula. xvij.**

**S**ollicitudo pia cōferentis spalia/ pōt z d̄z amoneri clā aut palā per/ p̄dicatores aut alios/ sup p̄missā veritate/ p̄ directōe puriori intētiōis sue. Suadēda q̄ppe sunt bona cū dissuasiōe maloz. Nihilomin⁹ obseruet illō antiq̄ p̄/ uerbi. Ne qd̄ nimis. qz q̄ nimis emūgit/ elicit sanguinē. Nihilomin⁹ exacuēs ferrū/ qñz vel bebetat vel cōsumit ipm. Saragens

*Her ego obsequium ad quod  
 deus in huiusmodi adp̄tione  
 p̄t. etiam h̄mōi a Sialo  
 q̄ntus p̄p̄t*

*8. 37. 7*

deniq; totū quicqd seuerit aut messuerit  
puz esse/ nō habēs aliqd zizaniorz neq;  
palearum. qdñi frustra quidni stulte sepe  
conet r damnose fatigef. Nunqd eligibi  
lius est granū aliqd vel impurū/ q̄ nullū  
colligere? Quo circa dicamus cōsequēter

Conclusio. v. Particula. xix.

**S**ollicitudo pia cōferentis tpalia/  
potest cū bona venia. Immoz cū  
gratia/conditōes certas appone  
re explicatiuas intēōnis sue. Suffice  
re in primis debet ad cōsensum hūi<sup>9</sup> veri  
tatis/ vsus totū cōis ecclie. q̄ sic hz r reci  
pit. cui siq; detrahāt impudenter se deci  
pit. Sūt autē tres cōditōes ppter quas  
pie p̄t p̄ferēs appōere limitatōnes certas  
Una p̄cernit psonā recipiētē. Altera pso  
nā p̄ferētē. Tertia psonā affīnē l' attinētē

Particula xx.

**A**tende r videbis expediēs eē p/  
sone recipienti/ q̄ limitet ad certa  
suffragia. quatin<sup>9</sup> reddat animus  
eius magis solicit<sup>9</sup> debitū soluere. r inten  
tionē suā in deū dirigere. Quatin<sup>9</sup> p̄terea  
maneat eius cōscia securior. quo poterit  
agnoscere q̄ obligatōe soluta/ quiet<sup>9</sup> ma  
ner. Nec p̄uipendēde sunt due rōnes iste.  
Quib; addit tertia. Constat nāq; apō de  
um q̄ nouit oia. qui r dicit. Ego de<sup>9</sup> et nō  
mutor. nihil esse necessitatis aperire nr̄as  
intēōnes r affectōes exponere. Hoc er  
go req̄rit ppter nos orātes vt scz exhibea  
mus nos tales nobis ipsis/ qualē cupim<sup>9</sup>  
esse deū nobis. pios. amicos. sedulos. cō  
patiētēs/ r ita de reliq; affectib;. Sed q̄s  
nesciat/ q̄ orās plus mouet et afficit in se  
ipso/ dū ad p̄ticularia respicit. dū bñfacto  
rū munera. dū obligatōes/ dū intēōes/  
dū necessitates considerat/ q̄ in quadam  
vniuersalitate se tenendo.

Particula. xxi.

**I**debis rursus circa psonā cōferē  
tis/ expediēs esse frēq̄nter r neces  
sariū aliqū/ suffragia limitare. P̄tio si ad  
illa suffragia teneatur vel ex voto. vel ex sa  
cerdotis in iūcto. vel ex alteri<sup>9</sup> testam̄to. le  
gato. vel mādato. Tertū est p̄inde suffra  
gia ecclie vel singularis psonē/ nō tātū va  
le re. p̄ mille aut om̄ib;/ q̄ntū si p̄ vno fiāt.  
r hoc ad p̄ns supponat ex alijs opuscul.  
Nec est controuersia qualiscūq; apud do  
ctores de suffragio satisfactōnis r redem

ptionis/ sicut exempla ciuilia r quotidiana  
na cōuincūt de debēte centū francos q̄ li  
beraret centū p se solutis. s; additis secus  
decē socijs in p̄cipatōe liberatiōis/ p̄p̄ia  
eius tantundē liberatio tardaretur.

Particula. xxij.

**I**debis deniq; circa psonā affīnē  
vel attinentē p̄sone conferētis/ re  
ferre q̄ plurimū/ si viderit r senserit p̄ suc  
cessiōes tēporz r generationū/ q̄ talis pa  
rens eius vel affinis talis fuit pie sollicitu  
dinis/ vt p se et suis/ talia fieri cōstitueret  
pietatis officia. Nōne mouet ac cōmouet  
p̄inde/ p̄ces cū gratiaz actōe r laudib; ad  
deū referre. Nōne probabile est eidē aian  
dum fore/ vt quēadmodū ille fecit. ita r ip  
se faciat. Deductio latior patz aduertenti

Particula. xxij. Conclusio. vi

**S**ollicitudo pia/ cōferentis tpalia/  
pōt cū bono corde nedū in suffra  
gijs conditōes apponere. s; cum  
hoc loca certa r honorabilia/ sive sepelicio  
nis eligere. tū appensioe insigniorz seu ti  
tuloz cōscriptōe. iuxta sui status qualita  
tem. sic de pompa funeraliū diceretur.

Sequit<sup>9</sup> hec cōclusio/ p̄ deductōes p̄cedē  
tes. Et qm̄ inueniūt sanctissimi p̄res illa  
curasse. Nā pie recogitata/ cedūt oia ad bo  
norē magnificū dei r ecclie tā militāris q̄  
triūphantis. Et ad fidē spem q̄z resurre  
ctōis astruendā r increduloz cōfusiōnez  
proficiūt. Veritas est/ talia oia cōuerti  
nūc in bonā nunc in malā p̄tem. p̄o faci  
entiū p̄o cōferentiū. p̄ recipientium. p̄ in  
spiciētiū. p̄ interpretantiū. diuersa et ad  
uersa qualitate. neq; om̄ino aliter inueni  
es in opatōib; hūanis extrinsecus exhibi  
tis. Ad qd adduci p̄r illud comicū. Talia  
sunt oia/ qualis est anim<sup>9</sup> vtētis. Quēad  
modū de diuitijs aut paup̄tate dixit sapi  
ens/ q̄ substantia paup̄is s̄m cor eius

Particula. xxij.

**F**undamentū suscipit hoc loco sa  
luberrimū illd̄ xp̄i p̄ceptū ab apo  
stolo repetitū. Nolite iudicare. Qd̄ vtiq;  
de talibus ad vtrūlibet indifferētib; intē  
ligitur esse p̄ceptum/ vt qui manducat  
non manducantē non spernat. et econtra  
Qui offert tpalia/ nō offerentē nō spernat.  
Hinc abbas pastor dic inq̄t sp̄ tibi. tu q̄s  
es. Et ne iudices quenq;. Sic r saluabil  
hūilitas. r curiositas sup̄ba/ piculosa te  
meraria r inquietra confundetur.

**Particula .xxv.**

Conclusio septima.

**D**icitudo pia conferens repalia defraudat si non impleat obligatio vel promissio vel conuictio secum facta. cessante causa legitima non implendi. Conformer ad primam conclusionem est hec septima conclusio. Restat solum difficultas in assignatione causarum seu casuum. quibus et quibus permitti a recipiente illud quod conferens instituerat. Una causa est necessitatis. Altera maioris vel utilitatis. Tertia per dispensationem superioris auctoritatis. Que duplex est. vna summa papae. alia ordinaria prelatorum.

**Particula .xxvi.**

**N**ecessitas incubitur nunc et impotentia vel infirmitate recipientis. nunc et fortuitis demolitionibus ecclesiarum et dissipationibus hereditatum atque reddituum. quibus sustentandus erat minister ecclesiasticus. cuius beneficium quod datur propter officium si prolixius deperit non videtur astrictus remanere seruitio. nisi fortassis obligatio remaneat aliunde.

**Particula .xxvii.**

**P**ro maior aut utilitas provenit quandoque per temporis successum. Ubi oportet iuxta verbum iuristarum quod alia ratio reformet pactum. Hec est illud mirabile insolitum. vel impossibile cum in iuramentis et votis generaliter emissis de futuro plerumque sic veniat. ut quod generaliter promissa bona esse videbantur. fiant in casibus particularibus vel non observanda vel mutanda. quod notoria sunt. vel inutilia moribus. vel dissona ecclesiasticis ritibus. seu boni maioris impeditiva. Suppetunt exempla frequenter si quis aduerterit. ut si quotidie dicenda sit missa de requiem veniet dies natalis domini. dies resurrectionis eius. dies penthecostes. Conveniunt parrochiani ad auditiones missae que tunc forte non habet ab alio puto nullus diceret tunc cantandum esse de requiem.

**Particula .xxviii.**

**A**tenderet vnam conferens repalia quod plus honoris et celebritatis affert circa diuinum religionis cultum et videret quod aliqui fructuosi esset pro suffragiis benedictis fundare die obitus sui. missas vel alia fuitia quod de sanctis sunt aut de tempore quod si in solis funeralibus seruitijs si steretur. Quoadmodum si fiat vnum annuale

iuxta ritum significacionem missalis. quod tunc videtur habere plus deuotionis in suscipiente. quam natura sic habet ut identitas vel infidua similitudo. auferat fastidium. Nihilominus oportet iuxta et propter promissa. pias conferentium et recipientium conuentiones. non leuiter abripere. sed tractare reuerentem. Quamuis non est arbitrandum. oes hominum ceremoniales institutiones. obligatorias esse sub pena peccati mortalis si transgrediantur. quia nec de alijs institutionibus longe essentialioribus ordinis monastico. hoc est sentiendum. Quot tempore autem nihil sollicitus super implendone talium criminibus. tam apud monasterium seu collegium quam apud singulares.

**Particula .xxix.**

**C**eterum de dispensatione superioris additum est per tertiam causam. quam non omnibus passim tales casus descendere sub regulis generalibus emergentes sed ad prelatos spectat interpretatio iuridica. ad doctores scholastica. presertim quam potest esse rationalis dubitatio de duplici casu priori. necessitatis videlicet et maioris utilitatis. Brandis vero nunc aperiri possit discussio super hac materia dispensationum et commutationum. tam in respectu dispensantium quam in ordine dispensationem quarentium et recipientium que specialiter postulat separatim tractatum sicut et quedam alia. cursum hic pertransita.

**Particula .xxx.**

**I**tem vnum hic et nunc per expediendum tutius esse semper assumere dispensationem superioris seu commutationem. quam haberi commodius possit. procurandum est ab auctoritate papali presertim in religionibus exceptis. quod datur alijs ab eo substituitur. sic de religione. sit alius. qui facultatem habeat totiens quotiens videbitur dispensandi. ad quem facilis pateat accessus. Hoc consilium in alijs etiam casibus conscientie scrupulosis. salubre est. sint illi casus occulti. sint publici. sint super peccatis. sint super penis et irregularitatibus peccatorum.

**Particula .xxxi.**

**E**um papa rite consultus non se reddat difficile concedere talia quam ubi non apparet fraus vel laqueus ista quarentium. non in velamine false libertatis malicie. sed serenationem conscientie et dilatarionem viarum penitentie. Quam in recolligit ex consequenti de particularibus exemptionibus a placitis ordinarijs. quod frequenter nocere sunt. nedum propter

preiudiciū iuris alieni. nedū propter con-  
turbarōem ordinis eccl'astici & gerarchi-  
ci. verū propter incommodū collegij sic  
exempti. Cur ita? qz nimirū precl'usit sibi  
recursum facile ad prelatū ordinariū. dū  
quesiuit quasi libertatē excuriēdo iugum  
suum. ¶ Conclusio octaua

¶ Particula. xxxii

**S**ollicitudo pia / tpalia conferētis  
si ordinauit missam esse dicendā  
(exempli gratia) die lune. p seipso  
defraudat p recipientē sic obligatū / si det  
tales missam p altero. siue fiat hoc ex prio-  
re. siue fiat ex obligatōe vel susceptōe sub-  
sequēti. ¶ Ratio pspicua est p deductōem  
ad impossibilē vel inopinabile. Da si qui-  
dem ita esse / qz vna missa sufficiat p duo-  
bus / dabis obsequētē qz sufficiat & libe-  
rabit. pro tribo. pro decē. pro centū. p mil-  
le. & ita pro quolibet. & pro toto mundo.  
Dabis vltērius qz nō erit melior cōditio  
pcurantis sibi missam peculiarē. Dabis  
deniqz qz pro vna missa / potuerūt centūz  
habite sub voto sub pmissio. sub iniuncto  
p forz penitētiē vel alterius iusticie / solui.  
Cur ergo tot presbiteri. tot misse cōstitu-  
unt. cū vn' sacerdos cū sua missa vnica sa-  
tis esset pro omnib' ¶ Particula. xxxiiij

**E**ll' addere forsitan aliqz qz re-  
cipiens / dū habebat prius ad suf-  
ficiētā pro sustentatōe stat' sui /  
vel ex beneficio vel patrimonio vel pie col-  
lato / fraudat & peccat tam primū qz secūz  
tota ratio cōferēdi tpalia ministris eccl'asti-  
cis / videat esse / sua sustentatio nō diuitia-  
rū accumulatio. vel ornatus pompatic'.  
¶ Sed hec assertio durior est qz oportet  
sup qua memini pridē in quadā lectione  
quesiuisse. Deniqz qualis & quāta sit mē-  
suratō sufficiētē status. nō p' sub arte tra-  
di. Nam qd vni paz est / fit alteri nimis.  
immo fit in eodē / pro varietate tpm & cir-  
cūstantiaz. talis varietas / qnqz rōnabi-  
liter. qnqz vero culpabil'. dū quis accipit  
& ascēdit statū / sibi morib' qz suis & merit'  
improporzionatū. faciēs sibi nō de neces-  
sitate virtutē sed de vicio necessitatē. Ad-  
de qz recipiunt aliqñ tpalia / p' ter vel vltra  
necessitatē pntem. aut nō p solo statu reci-  
pientis. sed ad alioz prouidā piāqz re-  
leuatōnem. ¶ Conclusio nona.

¶ Particula. xxxiiij.

**S**ollicitudo pia / conferētis tpalia  
procurādo sibi missam iuxta ca-  
sum priorē / nō defraudat si pres-  
biter recipiēs / adiūxerit alios in ordib'us  
suis publicis aut secretis / vt in memento  
aut si offerētēs (vt solet) post euangeliū re-  
cipit. ¶ Moderat' hec cōclusio precedētē  
ritū simul eccl'ie cōseruat. & exercet carita-  
tē. quā rursus a terrena cupiditate discer-  
nit. Deniqz docioz cōciliat apparentē in  
aliq'bz discordiā / cuius aspect' ad diuersa  
huius ad hec illi' ad ista / vertebatur.

¶ Particula. xxxv.

**Q**uam' a pferente tpalia questio-  
nes aliqz. vt ex sua rōsiōe / veritas  
magis emineat. ¶ Et prio vis o frater vt  
in missa quā p te dici cōstituis. nulla dica-  
tur locis suis alia penit' oio quā p te / pu-  
to rñdebit sicutz rñdere debebit / qz hec fi-  
ri nō phibet. ¶ Vis rursus o frater qz in  
memento tam pro viuis qz pro defunctis /  
nullus cōmēdat' habeat nisi tu & tui. Rñ-  
deat oportet qz hoc nō intendit. qm insti-  
tutōm eccl'ie iā ipse repugnaret. ¶ Vis p-  
terea qz volētēs ad offertoriū venire qm'  
ipsi misse pncipes sint / repellāt. certe nec  
hoc dicit si ritū eccl'asticū plene cognoue-  
rit. ¶ Quid vis igit tibi frater fieri p pecu-  
liari missa tua. Si rñderit volo. tota mea  
sit. tota cedat in spūalem vtilitatē meā. to-  
ta valeat ad remissionē pctōz meoz & sa-  
tisfactōis debite vel iniūcte redēptōem.  
¶ Sed an hoc ita vis frater. qz sacerdos ni-  
hil sibi mereat. nihil seipm iuuet. nihil p  
seipso satisfaciat / nihil demū repēdat ob-  
sequij pntib' / nihil bñfactorib' nihil cō-  
mendatis. Simil' et tu cōferas nihil ec-  
clesie toti militanti. Nolo dicit & iure di-  
cet. ¶ Quid sup' est igit / nisi referre quāti-  
tatē suffragij deo qz et qualis tibi debita ē  
nolito murmurare. sciet pfecto sciet ille qz  
montes ponderat in statera. tua similiter  
dona mensurare. ¶ Adde qz in oblatōne  
tua fortassis aliq' sunt melioris conditōis  
vt participant / qz tu ipse. Quō petes. hoc  
in qz modo. quia de bonis cornz. vno mo-  
do vel alio male quesitis / facis demōstrā  
facis fundatōem. dilatas pompā tuā. fa-  
cere vis nomen tibi / aut modestius senti-  
endo loquendoqz. tu debitor es parenti-  
bus patrie. benefactorib'. deniqz vniuersē  
cōmunitōni sanctorz. ¶ Pater igitur sub  
hoc interrogatōnis & responsionis typo



conclusio declarata. **Conclusio. x.**

**Particula xxxvi**

**S**ollicitudo pia/ cōferentis spalia non defraudat si iuxta cōsuetudinē ecclesie quā ipse scit/ apponat vnus obit⁹ (exempli gratia) cum suo certo die fundato. **¶** Da oppositū dānabis omnes fere cathedrales et collegiatas et parochiales immo et monasteriales ecclesias. **¶** Contradices in sup ratiōi que nō vult vt cuilibet cōferenti aliquid/ pro suo obitu fiant semp exequie speciales. quoniam sepe modicū et insufficiens est quod offertur/ ad sustentationem ministrorū. **¶** Et obligatio de obitu faciendo/ cōditionem recipit (et si nō semp explicet) implicitā. **¶** Nec dies anni sufficerēt si cuilibet soli certus dies obitus aut etiā aliunde institutis esset seruandus. **¶** Si vero talis cōferens spalia/ nesciret consuetudinē ecclesie prout ipsemet de collegio seu corpore suo sciunt et fertur intentio sua q̄ obitus annuatim fiat pro se solo tali die. nihil tamen expli- car super hoc. tunc ad huc bona fides et equitas recipientiū saluatur in sua cōsuetudine. **¶** Si autem fiat mutuus et expressus cōsensus inter dantem et recipiētem: nō apparet q̄ consuetudo militet. vt alter obit⁹ coniūgatur iuxta modū septime et octauae conclusionū. **¶ Conclusio. xi.**

**Particula xxxvii**

**R**ecipies/ defraudat crebro semetipm in receptione spaliū. Quānis videat esse regula iuris/ q̄ nemo sibi ipi sicut nec volenti aut consentienti/ faciat iniuriā aut fraudē. nihilomin⁹ inuenit p̄ metatoram hoīs ad seipm/ fraus sicut et iniusticia. **¶** Et hoc ad p̄ns supponat. **¶** Et tangam⁹ in facto modos aliquos. **¶** P̄mo si mentis iniqtas sibi et p̄rio. dū nō implet nec implere proposuit/ que pmisit. satis est ei si pecuniā vnde cūq; collegerit. quasi dicēs sibi met illud metricū. **¶** Promittas facito. quid enī pmittere ledit: **¶** Polliticis diues quilibet esse potest. **¶** At vero dū lucy q̄rit in bursa. damnū adquirat et nū in anima. sententia est Augusti. **¶ Particula xxxviii**

**F**acit aliam sibi defraudatōez sub interpretatōis cuiusdā velo latentem. Dum se iudicē constituit in causa p̄pria sue obligatōis. **¶** Comurans illam p̄ volūtatis arbitrio. **¶** Aut dum suffra-

gia nō plus agit pro bñfactorib⁹ et fundatoribus/ q̄ pro ceteris quibuslibet. dicēs sibi satis esse suam in generalitate sola intentionē continere. quoniam sciet distribuere deus prout volet et quib⁹ volet et quantum volet. **¶** Exemplū de paupe/ debitis insolubilib⁹ obligato/ q̄ liberat se cedendo coram iudice suo/ omnibus bonis suis. **¶** Posita videt hec doctria/ sub fine cuiusdam opusculi de valore oratōis/ addito de quadā Helania nobili romana exemplo. **¶** Verum nō ita sub vniuersali regula sermo factus est/ quin distinctōem discretionēq; recipiat. **¶** Propterea dicamus viceruersa/ casus aliquos/ quibus expedit et quandoq; necesse est/ intentōnem ad particularia traducere.

**Particu. xxxix.**

